



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

VI. Disputatur utrum inscriptiones libris Prophetarum praefixa, à  
Synagoga magna, an à Prophetis ipsis additae sint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

rum vulgatissima opinio sit, Scripturam sacram, quæ nullis sectionibus, interpunktio-  
nibus nullis ad illam diem distincta erat, sed veluti unico comprehensa versu tota si-  
mul cohærebat, à Synagoga Magna, cuius Esdras fuisse Scribam ait, in פָּרְשָׁוּת,  
& in סְדָרִים, & in פְּרוּפִים, aliasque partes esse divisam; eamdem quoque a Scribis,  
eorumque principe Eldra octodecim locis emendatam, quos Maforethæ numerant,  
& קְדוּם כְּפִים, תְּקִוָּן עֲרוֹבָן, ordinationem Sribarum, & תְּקִוָּן עֲרֹבָן, ordinationem Esdra appellant;  
cum priscos etiam Ebraicæ lingue characteres hoc tempore Esdras auctore Asyriis mu-  
tatis esse Thalmudistæ affirmant in Tractatu Sanhedrin, doctique omnes assentian-

Tract. Sanh.  
cap. 2.

tur; quæ sine magni hujus Confessus auctoritate & consilio fieri haudquaquam po-  
tuſſe manifestum est: quis credit tantum opera ac studii in Scriptura sacrae chara-  
cteribus mutantibus, sectionibus determinandis, notandis lectionibus, distinguendis versibus  
posuisse Synagogam Magnam, ejusque velut mentem Esdras; totos vero Libros  
iplos neglexisse, deque eorum numero definiendo ac fanciendo minime cogitasse?

VI. Id si obtinemus, quod nobis omnino concedendum est, jam liquet non Disputatur  
alium querendum esse auctorem, quam Esdras & Synagogam Magnam, addita- utrum inscri-  
mentorum quorundam, quæ ad Librorum sacrorum connexionem, vel illustrationem piones libris  
hinc & inde sparsa sunt. Cujusmodi sunt, quæ de Mosis morte ad calcem Pentateu- Prophetarum  
chi addita legimus. Aliam præterea operam in Codicibus sacris exornandis ab hac preface, à Sy-  
Synagoga collocatam fuisse ratus est Grotius, ad inscriptiones nimirum ac lemmata na, as à  
libris Prophetarum præfigenda: quod ex titulo libri Amos apparere existimat, qui talis Prophetis  
est: Verba Amos, qui fuit in pastoriis de Thecne, que vidit super Israhel in diebus Osie ipsiis addita  
regis Iuda, & in diebus Jerobeam filii Joas regis Israhel, ante duos annos terra motus. Ego sint.  
vero & inscriptiones à Prophetis ipsis arbitror fuisse appositæ, neque video quid ex Grot. in Amos  
hoc titulo pro contraria parte effici possit. Nam post terræ motum scribere hoc po- 1. 1.  
tuit Amos ipse, & vaticinii tempus ex hoc casu denotare; vel quod potius reor, im-  
minentem terræ motum, pro sua vaticinandi facultate prævidere & prædicere potuit;  
quod & his capituli tertii verbis factum ab eo quidam Interpretes censent: Et percu- Amos 3.15.  
tiam damnum hyemalem cum domo sibiva: & peribunt domus eburnæ, & dissipabuntur ades  
multa, dicit Dominus. Huc adde in ipso vaticiniorum contextu ejusmodi inscriptiones  
occurtere, velut apud Zachariam, versu septimo primi capituli: In die vigesima quarta  
undecimi mensis Sabath, in anno secundo Darii, factum est verbum Domini ad Zachariam,  
filium Barachie, filii Addo, Prophetam, dicens: item initio septimi capituli. Plurima hu-  
ijsmodi reperies in brevissimo Aggæi vaticinio, plurima & in illo Jeremiæ; nonnulla  
eriam in Ilia, Ezechiele & Daniele. Ea profecto quin ab ipsis Auctoriis profecta  
sint, minime dubitandum est. Id si evicero, quod negari non potest, jam una quoque  
evicero vaticiniis ipsis præfixas inscriptiones illarum consimiles, & prorsus germanas,  
eorumdem quoque Auctoriis esse; cum credibile non sit hos Auctores scriptiorum  
fuarum particulas his notis præsumendas duxisse, tota vero opera ἀπογεψα Εἰσά-  
ραχα emittenda censuisse.

VII. Cæterum operam Esdræ circa sancta Volumina, ac diligentiam imitatus Nehemias, priscos sacrarum scriptiorum Codices conquivit, magnam collegit anti- Nehemias &  
quitatis memoriam, rerum à se, fortasse & ab aliis, gestarum commentarios ipse scri- Judas Ma-  
psit. Hæc sequuntur ex isto secundi Machabaici dicto: Inferebantur autem in descri- chabeus Ca-  
ptionibus & commentariis Nehemias hec eadem; & ut confruens Bibliothecam congregavit nonem reco-  
de regionibus libros, & Prophetarum, & David, & epistolæ Regum, & de donariis. Quæ gnerunt &  
fi ita sunt, ut certe sunt, Canonem haud dubie recognoverit Nehemias, & ex veteri confirmarunt;  
rum exemplarium fide confirmaverit; Librumque demum, qui ejus nomine inscriptus novum vero  
est, quemadmodum suum Esdras, in sacram Canonem retulerit, atque hæc demum Ecclesia  
fanxerit auctoritate Magnæ ejusdem Synagogæ, ad quam unam librorum consecra- Christi edi-  
tio. 2. Mach. 2. 13.  
tio pertinebat. Quamobrem exemplari illo aureis literis descripto, quod ad Philadel-  
phum Eleazarus Pontifex misit, Nehemias liber continebatur, ut pote qui cum reli-  
quis Voluminibus sacris à Septuaginta Senibus interpretatione donatus sit. Post an-  
nos centum circiter & viginti, quam fieri id curavit Ptolemaeus Philadelphus, An-  
tiochi Epiphanis furias passis Hierosolymis, direptisque ac incensis, sacrorum Libro-  
rum curam sumvit Judas Machabeus, & qui per bellum intercederant, recollectus, Nehemianam Bibliothecam supplevit, deditque operam ne qua sui parte Canon im-  
minueretur; pro eo ac fieri apud Judeos solitum fuisse scribit Josephus, ut post bella Ioseph. libr. 7.  
sanctos Libros Sacerdotes recenserent. Nam quid aliud sibi volunt ista, quæ in Epi- contr. Apion.  
stola Hierosolymitanorum Judæorum ad Ægyptienses Hellenistas nolis exhibet secun-  
dus Machabaicus; testimonio indidem proxime de prompto subnexa: Similiter autem 2. Mach. 2. 14.  
& Judas ea que decideram per bellum quod nobis acciderat, congregavit omnia, & sunt apud  
nos. Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis. Ipsi quippe Hellenistæ, ad quos